

na, nim. fruitio boni & honor, consistens in benevolentia hominum, demonstrata saltem in funere (innuit igitur in illis duobus, ἐλθεὶς εἰς τὸν τάφον illam, qua quis sibi & aliis bonus, omnem vitam & omne vitæ bonum dulce efficere, ita ut sine ea nihil beatum censendum sit.) v. 3. quod ostendit contentione

v. 4.

a. imparitatis utriusque condicionis. Nam

α. talis multorum liberorum parens & vetustus

β. in vanitate venit.

γ. in tenebris abit.

δ. in tenebris nomen ejus tegitur. v. 4. h. e. ut natus est miser, vel cum spe vana educatus; ita sine ulla recordatione jucunditatis, ob quam eum vixisse juvet, quinimò ob recordationem perditæ tantæ occasionis ad sibi & aliis benefaciendum, cum summa tristitia moritur; neque sui memoriam & desiderium, ob ullum bonum factum, relinquit.

β. abortus neque vidit solem neque novit. Ideoque neque tritari potest, se solem non vidisse, & ejus luce non fuisse exhilaratum. Ergo huic tolerabilius est, quàm isti. v. 5.

v. 5.

b. paritatis longi & brevis ævi in morte v. 6.

v. 6.

v. 7.

V. Quia finis proximus omnis laboris, etiam adeptus, ob infirmitatem naturæ humanæ minimum durat. *Omnis labor* (hoc est, quicquid homo labore parat. confer sup. 2: 18. Et. 53: 11.) *hominis ad os ejus sub. pervenit.* Finis proximus omnis laboris est conservatio substantiæ & vitæ. Sine ea enim homo nihil agere, intendere & quærere potest, quo beatior sit aut justior. Jam vitæ conservatio fit per alimoniam, qua reponitur substantiæ, quod perdiderat. Alimonia laborem requirit. Huc pertinet: in sudore vultus tui panem comedes. Gen. 3: 16. Et is, cui omnia suppetunt, tamen necesse habet laborare, ut fruatur jucundiùs & honestiùs ac meliori cum conscientia. Laboramus igitur, ut vitam conservemus: vitam conservatam cupimus, ut utiliter proximo, gloriose conditori & altori nostro laboremus. & nihilominus anima non expletur. v. 7. hoc est, satietas & quies naturalis appetitus non diu durat; sed statim atque concoctio cibi cæperit peragi, appetitus, mox & dolor (quia partes ad iustificandam alimoniam destinatæ vacuitatem fugiunt, aliqui marasmo consumendæ) resuscitatur. Sub hac vanitate aliarum majores indignantur. Vanitas est, quòd appetitus non expletur

perpe-